



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Clarissimi Viri Henr. Zoesii Amersfortii, In Academia
Lovanensi I. V. D. Et Antecessoris Commentariis In Jus
Canonicum Universum, Sive Ad Decretales Epistolas
Gregorii IX. P. M.**

Zoesius, Hendrik

Coloniae Agrippinae, 1691

Titulus XXI. De Sortilegiis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62329](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62329)

Pont. aut ab eo deputati, accipienda sunt rescripta in persona ab imperante, sub pena excommunicationis in laicis; suspensionis in clericis nisi excuset dignitas, d. e. 4. Quæ pena cellular hodie, cum passim per Nuatos impetrantur rescripta, Papa sciente & tolerante, Gl. ad d. c. 4 V. subiacent. Certum est, damnum datum per litteratum falsationem refundendum esse à reo, secundum dicta.

TITULUS XXI.

De Sortilegis.

SUMMARIUM.

1. Sortes quid, & quotuplices.
2. Divisoria ex se licite.
3. Damnata tamen in electionibus ad dignitates Ecclesiasticas & officia.
4. Electi paria suffragia an sorte dirimi possint?
5. Eleccio per sortes facta an ipso jure nulla?
6. Lites super beneficiis an recte sortibus sopiauntur.
7. Sortes licita in electionibus ad munia civilia.
8. Sortes consultatoria cur & quatenus dannatae.
9. Divinatoria omnino illicita & damnata.
10. Pena huiusmodi sortilegi.
11. Magia quid, alia naturalis, alia superstitionis.
12. Superstitionis effectus. I. Ars effectrix scientia.
13. II. Ars effectrix sanitatum.
14. III. Ars effectrix maleficiorum.
15. Pena maleficiorum ultimum supplicium.
16. Quæ pro eos manet, qui iuguento quodam delibuti deferuntur per aera ac tripudia.
17. Pena item maleficorum ei ignis.
18. Iure Canonico an tales excommunicari ipso jute.
19. Libri artis magicae prohibiti.

Quidam falsitatis quamdam speciem habent sortes, ideo de his proxime subjicitur. Quæ tamen non possunt generaliter tamquam superstitiones & prohibite condemnari; cum & in lege veteri inveniatur earum usus, quia

ministeria sacerdotalia forte distributur. *Luca* 1. & in *Lege gratiae*, quia Manticula electus est. *Ad*. 1.

Significatio nominis varia est, magis communis, & huic loco accommodanda, qua capititur pro fortuito casu ad aliquod dum, secundum ejus eventum, vel alio cum quid cognoscendum seu revelandum plicem sortium ponunt speciem, *sortes Divisorias*, qua significant simpliciter casum quo inquiritur, vi pach aur communi præviae, quid cuique sit attributus a signandum, sive agatur de patinco, hec honore, aliave re, cuius simo de paduac voluntatem quasi conditionat, illam fiat aut eveniat, quæ transit in absoluenda conditione. Habet locum in electionibus, electionibus. Alias *Onomastica* quibus inquiritur, quid sit agendum nequa bonum urile, tutum, vel è contra, scimus consilii. Alias denique *Divinatura*, quæ inquiritur cognitione futurorum. Quæ species generali nomine possunt dicitur sortitoriae & divinatoriae; siquidem omnis quicquid occulti est quadam consideratione, omnis prædictio ac præcegnatio illius predicti divinatio: propriè rameo his non expresse consuluntur. *Dæmon*, istis vellet Molin, ad *consuet. Parisi*, §. 13. *Gl. 1. num. 14. Suar. De statu relig. romo 1. Tract. Divinit. c. 12. num. 2. Sanchez in *Decal.* ih. 1. num. 56. *Del-Rio de Magia* lib. 4. c. 5. q. 1. 2. 3. *Decimura*.*

Divisoria nec de se mole sunt, ut possunt continent superstitionis, cum necessitentur ad rei incertæ cognitionem, nec continant aliquam invocationem demonum, quæ prohibitoriae generales de jure, cum lex civilis aut *Canonica* talis detur, in*lex civilis* in variis casibus approber, ut in *l. 1. cum ambo 14. D. de judic. l. 3. C. comm. legat. 8. Optionis inst. de legat. ad tollendam controversias ex mutuo consentiu pastum, quæ possunt privatam legem neutri parti legiam statuere: ut *jus*, quod dividit alios inquit, nec omnibus applicari, per quod sortium incertitudinem terminetur. In *Canonicum* improbales leges in simili casibus nullibi invenerit. *Quo* *legit.**

quod certe per sortes sunt distributæ, Numer. 33.

³ In electionibus tamen ad dignitates Ecclesiasticas & officia sortium usum damnat Pont. absolute, & sine refectione c. fin. b. t. Adeo ut etiam in eligendis compromissariis ad faciendum electionem sortes improbentur, d. c. fin. Ratio est, quod quæ intellectu & rationis delectu fieri debent, casu & fortu non sint subjicienda, ne contingat eungi indignum, aut minus habilem. Quæ ratio etiam obtinet in compromissariis eligendis, quia propositio Ecclesie mediate reducitur in sortem, & posset fieri electos taliter compromissarios non ineptos ad illud munus. Vid. Suarez d. c. 12. num. 5.

Quid si duo electi habeant paria suffragia, an sorte possit dirimi quæstio? R. Posse videari certare periculum, de quo paulò superius, cum uterque judicetur sufficenter idoneus, & non vocatur sortisuper electione simpliciter, sed ut illa facta effectum habeat in altero electorum. Ut ex natura rei & per se possit videri nos non illicita, præcipue ubi aliud remedium deficit. Nihilominus ex vi juris communis certus est, divisionem isto in casu per sortem non esse licitam, cum in universum & sine limitatione prohibetur sortium usus in electionibus, d. c. fin omnisque electio aliter facta quam per habentes jus eligendi, aut per compromissarios sit reprobata, c. quia propter 42. sup. de elect. D. inde superest aliud remedium, ut nimirum ad compromissarios negotium referatur terminandum. Possunt & per superiore compelli ad concordiam, cui si non pareat iusta tempus præstitutum, devolvetur electio ad superiorum, Gl. in c. duobus de rescrip. in 6. Pecun. in c. 5. de rescript. Suar. d. loco num. 6. 7. & 8.

Q. II. An electio per sortes celebrata ipso jure sit nulla? R. Posse videri, non esse nullam cum d. c. fin. dicat quidem illam reprehensionem dignam, non tamen tam innovet quam consumet, ut videatur supponere validum. D. c. c. tamen, esse nullam, cum continetur vitium in forma præscripta d. c. quia propter 42. quod factam, non servata forma ibi præscripta, vult esse irritam. Nec facit, quod in d. c. fin. Pont. constituit electionem; quia electio, de qua ibi, non continet vitium in forma præscripta,

d. c. 42. cum secundam ejus formam electio facta, per scilicet compromissarios, licet in eo erratum sit, quod in compromissariis eligendis sortes intervenerit; qui modus, cum non rejicitur d. c. 42. non ponit vitium in forma. Et licet potuerit irritari, non tamen irrita dici potest, quia in d. c. fin. non ponitur ullum verbum irritans, ut ex gratia Pontificis sic confirmata, Glos. ibi Suarez ubi sup. num. 9. & 10.

Q. III. An licet ut sortibus in terminatis libris super beneficijs? R. Lites super rebus profanis & civilibus ita recte sponpi, cum recedere pacto à lito nihil superstitionis contineat, aut improbi. Abbas d. c. fin. n. 3. Super beneficijs nequam licere, eo quod verè co-nipletur electio alterius per sortes, & detur vitioso ingressus, contra text. c. 1. d. R. Lin 6. Posset enim fieri, ut hac via beneficium obtineret quis sive virulo, quem non potest alter alteri dare. Ut sufficenter hæc ratio dicenda sit impedit sortium usum, etiam in d. c. fin. tantum improberur sortium usus in electionibus, quod quæ odiosum, restringendum ad proprietatem verborum, cum sufficiat ex alio capite colligi prohibitionem istius usus. Et hoc si species ejusmodi compositionem privata litigantium auctoritate initam, quia non potest tollere vitium ingressus partium concubitus, nam publica auctoritate caveatur periculum vitiosi ingressus. Quo facit, quod partes inter se super lite in beneficiis non recte transfigant, c. fin. sup. de pact. in manibus tamen judicis ejusque auctoritate admittatur compositione, juxta quam sententia prolatæ tenebit, c. nisi sup. de præben. ubi Abbas. per quam cui adjudicatum erit beneficium, verè illud consequetur ex titulo sufficienti. Ut idem dicendum sit in pacto sortium; judicis approbante inito, quod quasi est materiale, tota ratione consistente in auctoritate judicis, purgantis vitiosum ingressum per titulum sufficientem. Plura de hac quæstione Suarez d. loco num. II. & seqq.

Q. IV. An sortes sunt extra reprehensionem in electionibus ad munera civilia? R. Ita recte dici, & utrum esse frequentem, civiles administrationes sorti committi; non obstante dispositione Canonica, quæ licet abolitur loquatur in electionibus, recte tamen restinguatur

Dddd gitar

gitor ad suam materiam. Ut, quatenus nos prohibitur ut sortibus in distributione talium munerum, non sit usus ejus improbadus, nec dicendus superstitionis, licet possit in casu aliquo esse iniquus, & peccare contra justitiam distributivam, quod posset cadere electio luper iudicium, cui malo occurretur, si tantum admittatur usus sortium inter eos, qui ita sunt digni, ut vix possit inter eos excessus manifestus judicari. Sic illum non ita improbat Abbas in d. c. fin. num. 3. quamvis puer melius abscondere esse. Suarez d. c. 12. nn. 15.

Diversorū itaque sortes ex se iunt licite, nisi quatenus in quibusdam casibus prohibitae, juxta modū dictas possent tamen viciā extinsecus, secundum adjunctas circumspectias ut quia continent iniquitatem aut irreverentiam, aut etiam habent pactum tacitum vel expressum cum dæmonē, qua de re Suarez d. c. 12. n. 16. & seqq.

Consultoriarum sortium usus, ad inquit divinum consilium in agendo avertendo, quæ obscura sint, minus est probatus, eo quod vanitatem continet, & aliquam Dei tentationem, quasi alligatur sortibus, & per eas deberet manifestare suam voluntatem quæ potius petenda est ex doctrina Ecclesiæ & Sanctorum, ritorumque prudentiam confilio. Quo modo peccat mortaliter sortibus istis fidem habens; unde & hæc species per Canones est damnata, ejusque usus subdamnatio prohibitus, can. Sortes passim ibi XXVI. q. 5. Nec est, quod quis obijeat, Matthiam prius consulto per sortes Deo ad Apostolatum fuisse vocatum; cum hoc sit factum, eorum fratum collecto, & precibus ad Deum fuisse, can. Non exemplo XXVI. q. 1. non sine directione divina, ut plerique volunt ut inde non sit sumenda regula, nec ad exemplum ea restrahenda, c. Non statim XXVI. q. 2. Posset tamen & usus earum esse honestus, & bonus, si debito sicut modo, id est propter honestum & gravem finem, exigente necessitate, & debita cum reverentia, & non sine speciali instinctu, d. can. Non exemplo. Suarez lat. d. c. 12. nn. 18. & seqq.

Divinatoryrum exercitium illicitum est, quia plenum superstitionis & temeritatis; continens explicitè vel implicitè pactum cum

dæmonē, sive pro cognoscendo prædicto futuro, atque ita omnino damna, can. 1. Can. 26 q. 2. & 3. Causimodī tanto sunt execrabiliora & penitentia quanto sanctius vel religiosus servus videtur quanto plura miscentur bona, de le honesta. Nec est, quod quis obiectet ea sapius sortiri; quia non ideo multa & fugienda, cum à Dei ordinatione pendeat, qui hujusmodi sortes non sunt ad praetagienda futura. Cetero quod dubitare, est si factio subiecte nostris aliis inde quo d' interdum eveniat, quæ ceteris predictis sunt, aut effectum temporis est tantum ex permisso Dei, ut quod diuidunt, & vident, probent, & non sunt fide & cognitione etiā verum, at fin. in fine XXVI. q. 5. Ad hoc genitio nis divinatio ad inquitendam oculum tacitem, per modum, qui non habet futurum in Deo, ejusque providentiam, utrum sit pactum, sive impicitum, relata Apollinis Delphici & similia, Ios. illis & alii; Necromantia, Hydromantia, vaticinationes stellarum, sonnorum, noctis auspicia, extispicia, Astrologia illucque aliquis predicit ex astris tamquam centaurum, Chiromantia, Physiognomia, quæ vana est (nam Physiognomia est ficta) divinatio sumpta ex cribro, usum, Cribro divinare, clavis, ab eo excusso oculo fuit, de quibus Del-Ro d. 2. qu. 5. & seqq. & similia alii, ex voto sumpta, & iuribus, quæ nec natura nec non est causæ nec effectus illius rei, ratione inquitur, neque cum illa habeat rationem naturaliem in aliqua causa nec legitima impositione, quia nec à Deo inveniatur, horribilis cum fundamento datur; ut necesse sit, vel à dæmonē, prædicto ab illo tacite expectetur, qui se ingratuerit, perinde hominem; qui vel hoc solo prædictum periculum amet, cui mortalis erit, ut sic co pereat. Ita fætè Suarez d. cap. 18. mer. 27.

Unde hoc genitio facilius prohibitus per Canones, sub pena excommunicacionis, non licet, & can. Sortes XXVI. q. 5. Cetero præterea hujusmodi profectio, Cetero

honesto dignitatis suspensus, beneficiis privatis, in Monasterio crimen luit, nisi eum simplificas & bonus zelus excusat, can. si quis Episcopus xxvi. q. s. Laicus ab ecclesia communione pelli debet, can. si quis Clericus d. q. s. Monitus per se verans castigandus verbibus nisi liber sit, qui carcere detinendus, ut haec castigatione ad metit redat sanitatem, can. contra ibid. Clericus quadam si r. pliciter ex assertorum aspectu veritatem facti occulti inquit, ad anum aut amplius judicis arbitrio suspenditur, pro facti qualitate, ab alterius ministerio, e. z. h. t. Quod si conjuncta fuerit heres fortis, ut quando attribuitur dæmoni, quod est iolius Dei, qua de re videndum Grillandus De foris lib. qu. 10. & Del Rio de Magia lib. 5. sect. 15. tamquam hæreticus venit puniendus reus.

Divinatione conjuncta est Magia, in modo sub ea largè comprehenditur, cum in Scriptura atcoli, divini augures, incantatores Magi appellentur. Habet utraque eamdem originem, ejusdemque dæmonis initiatu societati: sicut & tamen sumptum hoc nomen distinguunt a divinatione, quæ ordinatur ad agnoscendum futura & occulta, cum Magia ordinetur ad operandum quid non virtute Dei sed dæmonis. Est autem hoc nomen sapientie, attributum iis, qui quid prædictare possent, aut supra captum hominem operari. Duplex est, una naturalis, altera superstitionis, illa per se non est mala, cum sola cognitione & industria naturali nitatur. Cavendum tamen curiosi, cum sit periculosa, & propinquæ superstitione, quæ mala est; & delicitur esse facultas seu artis, qua vi pacti cum dæmonibus initi mira & communem hominum caprum supererantia efficiuntur; sive artis faciendo aliquid virtute dæmonis iive hominibus fit proficuum, sive nocivum Vid. Suar. de superstit. c. 14. n. 2. 3. & 4. Less. De Iust. & Jure lib. 3. c. 44. dubit. 1.

Effectus Luius ad tria capita referuntur. scil. Primo, ad artem effectricem scientie vel cognitionis, quæ per ordinarium quidem studium haberi posset, extraordino & praeternaturali modo non a Deo, sed a dæmonie infuditur pacto prævio. Ad quam 1. Et terulevis artem, quam vocant Notoriam, quæ ad obtinendam scientiam utitur variis observantias, ieiuniis, orationibus ad Deum, figurarum in-

spectionibus, aliisque, non ut causis, sed ut signis supervacuis, per hujusmodi promittens subita extraordinariam scientiam, non sine pæcto impli- cito cu dæmonie. Ut ejusmodi ars merito Christianis sit viranda, neque enim talis scientia exspectatur a Deo, cum exspectetur per infusionem ex variis observationibus, ignotis verbis, jejuniis, orationibus, tamquam causis, quibus Deus istam vim attribuisse nusquam legitur. Ut ita operatus convincatur a dæmonie ejusmodi scientiam consequi velle, non circa idololatria superstitionem, siquidem illi attribuit virutem soli Deo competentem D. Thom. 2. 2. q. 69. art.

1. Suar. d. loco c. 15. n. 4. & seqq.

Secundo, Ad artem effectricem sanitatum, sive circa corpora humana, sive animalia, arboreos, & similia, non per modos naturales, quibus naturalis vis adest sanandi, sed per verba ignora, characteres, signa, imo & verba sancta, crucis, reliquias Sanctorum, cercas etiam imagines, scedulae, quibus ignota nomina & characteres continentur, sacra etiam verba committentur. Quæ & similia exhibentur ut signa, ex quibus effectus producatur, qui cum non sit talibus naturalis, nec supernaturalis, utpote non attributus, cum sapient potius vanitatem, quam pietatem, a dæmonie istum effectum expectari ac procurari dicas necessarie est. Sic appendere collo scedulae, quibus characteres & ignora nomina descripta sunt, aut signa, etiam facta verba commixta, aut eas cuti infigere, secumve gestare, ad effectum, ut ab adversis immunis sis, ab igne non lederis, vulnerari omnino nequeas, aut saltum non certo armorum gerente, quis diabolicum non judicaverit, cum talibus non ad secaus naturalis ad eff. Et cum istum producentum? Et licet sanctum & religiosum sit, initium Evangelii S. Joannis, aut reliquias collo suspensas habete, bona fide sperando protectionem divinam, certò tamen, & infallibiliter illam sperare, quia Deus ejus odi effectum illis promisit, non carere tentatione Dei, nec superstitione vacuum, ideoque illicetum, præcipue si vana adhibeantur. Hinc phialacteris uti prohibiti sub anachemate, can. 1. & 4. xxvi. q. 5. ubi ita can fin post alia ad Magia spectantia enumerata, subiicitur: Ad hac pertinet ligatura exerrabilius & mediocris, que ars non commendat Medi-

Dadd 2. cursum.

corū seu in praestationibus, seu in characteribus
suspensionis atq; ligandis; in quibus omnibus ar-
danorum est, ex quadam pestifera societate ho-
minum & Angelorum maiorum exorta. Unde
hac cuncta vitanda sunt Christiano & omni pe-
nitentia exortatione repudianda atque damnanda.
Hinc patet, quid dicendum de usu ligandi stra-
mina circa arbores, ut liberis a febribus; quis
enim non dicit eum esse superstitionem &
damnandum. Quid inter stramen antipathia
esse potest, ut hoc ligatum circa arborēm se-
fures cessare faciat? Idem judicandum de ver-
bis, quibus utitur vulgus, ut mulieres gravi-
dae facilis à partu liberarentur, & de aliis simili-
bus nūgijs, nec ex se naturalem aliquam vim
habentibus, nec supernaturalem à Deo attri-
butam. Ut non possit non fateti ab Angelo
malo ejusmodi eff. Etiam procurari, ideoque
talia vitanda homini Christiano. Vide plura
de hac re apud Suar. d. c. 15. n. 8. & seqq Del-
rio. lib. 1. c. 4. per tot.

14 Tertio. Ad artēm effectricem maleficū; unde
Malefici dicuntur hac arte utentes, & vulgarē
vocabulo Magi, à scientia. Sunt hac in te eviden-
tiōrā signa pactū cum dāmone initii, quod tota
hāc actio ad deceptiones, imputatiōes, i[n]juriās
ordīnatur, praeferens vanitatem, irreligiositā-
tem, idolatriam, adjutorium diabolū. Dia-
bolus enim ope per fūsturos, incantationes, diras,
devotiones, cereas imagines fixas, cineres spar-
sus, attacatu, halitu, varia moluntur in homiōū
perniciētū malefici, eos eneantes, cruciabūs
doloribusque adfligentes animalia, perdentes
elementa, turbantes tempestates, ventos, im-
bres grandines, siccitatēm, tonitrua procura-
tas, mēlēsem destruētes, ad impudicas libidines
stimulantes, aliaque similia, l. 4. 5. 6. C. de malef.
& Mathem.

15 Digoissimum hominū hoc genus morte
durissima qui deget, nisi ex complicib[us], ne-
scio aī lani sit cerebri: Ut rēctē Imp. d. l. 5 ultī-
mo suppliō maleficos jubat adfici; discipu-
los etiam puniri velit, l. pen. C. d. tit. consulentes
desportari, l. 3. C. eod. p[ro]cēnam quoque mer-
xi dicat malefici eos non deferentes, l. fin. C.
eod. Imō optimæ mentis iudicijque sunt di-
cendi, qui ad p[ro]cēnam capitalem sufficere judi-
cant, quod cum d[omi]no nō pactū qu's inierit,
sique adhēreat. D[omi]no suo deserto, juxta illud

Exodi, Maleficos non patieris invicere, cunctam
noceas, quam proficit & proficit la-
minibus, avertendo ab iis mala. Non obli-
c. 1. 4. que tantum eos vult puniri quia levi-
sua magica abutuntur in hominū peccatis
non etiam qui proficiunt amē dispolūs illi la-
paganū, gravissime que repelletur a lo-
lo Nov. 6. 5. qui & hos putari praecepit. Nihil
minus dicta dispositione: in non tam appella-
facta magica, que sunt proficia, quam profi-
cire, quod nec sunt contra justitiam, neq[ue]
licet quietem turbant.

Ut recte etiam eos puniendos disponit
pacto cum dāmone, noctū quodam nocturno
per aera volitant, & diversa loca h[ab]ent
transcurrit, & ad tripudia, aliive nocturna
corporaliter, ut habere communem op[er]a
testatur Grill. lib. De fort. 9. 7. 8. 7. Delio lib.
9. 10. & lib. 5. sec. 16. n. 4. & si dicuntur
& confirmatam ipsorum magorum & magi
attestatiōibus & confessionibus, exceptis
aq[ue] omniū populorū & seculorū, quia
garib[us] nihil aliud sit quam inlatire, ab aqua
tamen, qui aliter leviter videntur, & con-
can. Ep[ist]ol. XXVI. q. 5. Et videtur h[ab]eri
negotium scūm ibi iudicetur, merita illi
dāmōnum & phantātā maris, sed
liores credunt cum Diana se equitate digna-
tis, & intempsa noctis silentio multa res
spatia petrāre. Verū dicendum p[ro]mō
iustum Canonem esse dubie fidei & senti-
auctoritaris, quod in Concilio ex qua
non inveniatur; traditione tamen antiqua
ceptum, tamquam si esset Cons. Antioch.
Secundo itaque dicendum in isto Concl. ac
esse sermonem de veris legis & malefici
quibus hic tractamus, sed de mulieris p[ro]p-
busdam, quae credebat aliquam Deum
Dianam, illi veram potestatem attribuit
cujus virtute per aera fertur, & si ob-
sequium vocantur. Idem de Homines
sentientes per gravem errorem, qui ini-
& alias imbuebant, qui cum sit coatta
ibidem damnatur. Ita Suar. c. 16. n. 1. Delio
lib. 5. sec. 16. circa fin. Lef[ebvre] lib. 1. c. 4. 2. 3.
Ut non possit d[omi]nus Canon, pro iis facere, qui in
liter istam translationem corporum regi-
fieri, & ideo sagas malefici, & puniri solent
sed dimittant contra sacram S. Ignaci.

- que vult maleficos occidi. Quamvis non sit negandum, non raro illudi istis mulierculis per dæmonem, dum putant se per aera ferri, cum quiete in cubili jaceant, ut docuit aliquando experientia; cum & è contra per aera f. rti habeat quoque experientia, & ea vis dæmoni adfuit, ut videtur ex Christi exemplo, qui à diabolico statutus super pinnaculum templi, & adsumptus in montem excelsum, Matth. 4.
- 17 Ut ut sit, dignissimum morte, quisquis Deo suo ielato, hac arte imbutus, etiam hominem nullum occidere, secundum Legem divinam Exodi c. 22. Maleficos non patiuntur vivere: & Lev. 20. Vir sive mulier, in quibus Pythonicus sive divinatorius fuerit spiritus, morte moriautur. Igitur poena auipicibus proposita, l. 3. C. de malef. confuetudine extensa ad omnes maleficos, magos, fortarios, lanistas, ita dictas, quod pueris necem adferant, unde & dicuntur striges. De cuius justitia nemo dubitate debet, quod si conjuncta heres aut apostasia; procurcentur per rales & cædes, & gravissima damna; & ut nihil sit ejusmodi, satis tamen criminis est, pactum cum dæmonie iniisse.
- 18 Jure Canonic o volunt aliqui excommunicati hoc ipso tales, per text. in can. si quis XXVI. q. 1. qui habet: Si quis ariolos, artifices, aut incantatores observaverit, aut phialacterios usus fuerit, anathematis. Alii tamen Canones habent tantum excommunicationem esse fermentam, can. si quis 9. & can. Auguriis XXVI. q. 5. Posset dici, At anathematis, idem esse, ac si dictum esset, anathematizentur: est enim verbum, Sit, futuri temporis, & ut foret dubium, tamen in motiore parte accipendum, propter alios textus, & quia de poena agit. Navarr. in Summa c. 27, n. 12. Sicut. De superfl. c. 29. n. 4. Sanch. in Dical lib. 2. e. 30. n. 90. Nisi dicamus fusile olim excommunicationem late sententiæ, sed consuetudine non receptam, si non sit conjuncta heres, quam non semper est conjunctam patet ex c. Accusatus s. Jane De heret. in 6. ubi Pont. præcipit inquisitoribus, nec se cum divinatioribus & fortlegis intromittant, nisi heresi sapient manifeste; ut supponat, non semper heres sapere. Sicut. d. loco n. 7.
- 19 T. neatur præterea ad restitutionem dannorum, quæ præf. gis suos cauſarunt aliis, ex generali regula, c. Peccatum De R. l. in 6. Deni-

que superstitione ista tum artis divinandi, tum magice ut magicis deprimitur & eradicetur, libri omnes de ea agentes sunt prohibiti, ut nec legi nec haberi possint, sed corrumperi sint, l. 4. s. 1. D. Fam. ercise Olim fuit & Ethnici curæ hujusmodi libros inquirere, inventos comburere, eos, penes quos inventi, puniri; honestiores deportatione, viiores capitis persona. Paul. 5. Sent. tit. 23. Constat etiam ex Actis Apostolorum c. 19 in principio nascentis Ecclesiæ, eos, qui fuissent curiosi sectati contulisse libros hujusmodi, qui erant magni pretii, colique combustissimi. Sed & in Indice libitorum prohibitorum editio ex iussu Concilii Trid. Reg. IX. libri omnes & scripta G. omantia, Hydromantia, Aeromantia, Chiromantia prorsus rejiciuntur.

TITULUS XXII.

De collusione detegenda.

SUMMARIUM.

1. Collusiones cur falsi speciem habeant.
2. Poena.

Falsi speciem habent collusiones eorum, qui ex pacto id agunt, occulta quadam conventione, simulare, ut alter in causa succumbat, aut supererit, non ex animo, sed trahit accusandi munere defungentes, sponte variantes, & cedentes ultrò, parte sua prodita, l. 15 prævaricationem D. ad S. C. Turpil. ubi vide dicta.

Per collusiones istas ne contingat Rempl. laedi, non impedit absolutio, quominus reus iterato impetratur super crimine, & contra eum inquiratur, c. 1, 2. & fin. b. t. Accusatur prævaricationis convictus ab accusando repellitur, l. 5. D. de prævaricata. Super beneficio facta collusio facit utrumque litigantium eo privati, ne dolus suus alicui proficit, non quidem ipso jure, sed per sententiam. Pensio vero beneficio per collusionem imposta ipso jure nulla est. Gegas de Pensionib. qu.

42. Wamef. Conf. 173. n.
3. de præben.

* *

Dddd 3 TITU-